



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

Conversio S. Pauli. 25. Ianuarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

NVM & EPPOLLONIVM dixere) lectissimós flosculos, & quos mellitissimis verbis pridem sibi magister BABYLAS conciliárat. Poterant hi in ruborem etiam Spartam dare , tam forti animo vel alapas devorabant, vel plagas concoquebant, quæ cum pro numero annorum singulis ingererentur , doluere scilicet, non Pyliam sibi ætatem esse. Stabat inter hæc egregius Doctor, oculosque discipulorum virtute pascebat, animisque identidem animos de suis addebat. Quid multis ? ferro omnes cæsi , & magister discipulis , discipuli magistro sunt immortui. Tam mordicus, semel virtute magistrorum capta juventus lateri eoruendem hæret. Cæterum BABYLAS vincula nec mortuus dimittere, sed in tumulum asportare voluit, id quod erat, ratus, nulos expeditiūs ad cælum pedes currere, quām vincitos pro cælo. Ex Surio.

Si vis ad perfectionis fastigium provehi , amodo necesse est, in cunctis virtutum studiis exerceri , videlicet dum ætas tua cerea est, dum mores teneri in quamlibet partem valent indifferenter adduci ; cum ipsis corporalibus incrementis coæva virtutum exercitia coalescunt.
S.Petrus Dam.l.6.Ep.26.

CONVERSIO S. PAULI. 25.Ianuarii.

Annus , qui post CHRISTI ad Superos reditum erat secundus, idem secundissimus SAVLO fuit. Hoc enim ille , personâ feliciter positâ, PAVLVM induit, adnitète potissimum apud DEVUM D Stephano, non minus tum in cælis , quām terris olim pro hostibus suis piè sollicito. Ibat SAVLV minarum plenus, & in vincula ipsam (si Superi sinerent) fidem tracturus ; cùm ecce tibi subita ab alto vis fulgorque audaciam attonito omnem ex- cutit,

Ian.

scu-

agi-

rem

apas

cum

do-

abat

ilo-

ani-

nnes

stro

na-

ret.

tte-

rat,

ere,

ne-

icet

ibet

ra-

nt.

i.

di-

v-

tâ,

VM

ris

vs

si-

ab

x-

it,

25.Ian.

VITÆ SANCTORVM.

57

cutit, & feroce spiritus humi cum domino suo affligit, simul vox istiusmodi cælo intonat: *Saule, Saule, quid me persequeris?* mox sciscitanti: *Quis es Domine?* responsum redditur: *Ego sum JESVS Nazarenus, quem tu persequeris.* Atque hæc demùm vox illam nobilissimam expressit: *Domine quid me vis facere?* Ergo Damascum conferre se jussus, eò à comitibus, & ipsis rerum gestarum miraculo stupentibus abducitur. Ibi triduum apertis oculis cæcus ac jejonus ab Anania demùm & oculorum, &, quod caput est, fidei donatur lumine. Hoc ille deinceps per omnes provincias circumferens tot gentibus accedit, ut rem mihi attentius consideranti unus quidem hodie cecidisse PAVLVS, cæterum surrexisse cum PAVLO totus orbis videatur.

Ex Act. Apost.

Sicut modo nemo est, qui reconciliari non possit, ita post paululum nemo, qui possit. Noli ergo contemnere Dei misericordiam, si non sentire vis justitiam. S.Bernard. serm. i. in Epiph. Dom.

S. POPPO CONF. 25. Ianuarii.

VIdetur Poppo ad gloriam paternam bellicaque laudes ab ipso matris utero properasse. Etenim jam tunc latere respuens septimo statim mense in lucem, mox ubi per ætatem licuit, ad bellum prodiit. Pietatem tamen comitem secum traxit, & subinde ad vestigia Christi Jerosolymam, alias Romam ad Principum Apostolorum limina invisit. Redux, dum nuptias easque illustres cogitat, jamque ad has equo properat, cælesti luce se animumque atque adeò hastam etiam suam fulgere animadvertisit. Inde omen auspiciumque melioris militiæ capit, & sacramentum apud mona-

C §

chos